opes & locupletes fructu provisionis simili [1] potiantur. Quam dispositionem si quis Judicum, numerariorum [2], vel curialium mutilandam esse crediderit, interminationi, quam nostra fedes statuerit, subjacebit. Dat. 7. Kal. Sept. CP. VARANA CONS.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Celeri PC. Africæ.

SEmel [3] securitatem [4] de refusione munerum emissam, ab alio judice [5] non liceat refricari: & ideo Spectabilitas [6] tua saluberrimæ ac justissimæ præceptionis formam sequuta, prohibebit in posterum [7] eos ad discussionem transacti muneris constringi, quos claruit accepta [8] securitatis prosperitate lætari. Dat. 5. Kalend. Maji, *Ravennæ*, post consul. FELICIS & TAURI, VV. CC. 429.

Qui ostendit se tribus proximis annis solvisse, retro solvisse præsumitur, nisi contrarium probetur. Bart.

3. Imp. MARTIANUS A. Constantino P. P.

QUicunque de provincialibus, & collatoribus, decursu posthac quantolibet annorum numero, cum probatio aliqua ab eo tributariæ [9] solutionis exposcitur, si [10] trium [11] cohærentium [12] sibi annorum apochas securitatesque protulerit: superiorum temporum apochas non cogatur [13] ostendere, neque de præterito ad illationem functionis tributariæ coërceatur [14], nisi forte aut curialis, aut quicunque apparitor [15], vel optio [16], vel actuarius [17], vel quilibet publici debiti exactor sive compulsor, possessorum, vel collatorum habuerit cautionem: aut id quod reposcit [18] deberi sibi, manifesta [19] gestorum adsertione patefecerit. Dat. 15. Kal. August. VARRONE & JOANNONSS. 456.

4. Imp. JUSTINIANUS A. [20].

SEcuritatibus [21], quæ [22] publicarum functionum gratia sive in solidum sive ex parte solutæ esse conscribuntur, nullam exceptionem non numeratæ pecuniæ penitus opponi concedimus. Dat. Kalend. Jul. CP. JUSTINIAN. A. II. CONS.

TIT. XXIII.
DE CANONE [23] LARGITIONALIUM TITULORUM.

Quod particulares exactores exigunt, debet dari thesaurario, qui est in illa provincia, ut totum simul devolvatur ad fiscum. Bart.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEODOS. AAA. Juliano [24].

OMnem summam auri, vel argenti, & reliquarum specierum, quæ sacris largitionibus ex more penduntur, statim [25] ut exactio fuerit celebrata, ad thesauros uniuscujusque provinciæ, vel ad proximos referri [26] sub oblignatione [27] tabularii, cæterorumque quos sollicitos esse debere præcedentia jussa decreverunt, & thesaurorum Præpositis confignari præcipimus: ut exinde ad sacrum comitatum [28] integer omnium titulorum numerus dirigatur. Dat. 12. Kal. August. MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

2. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P. [29].

NEque [30] sacrarum [vel [31]] privatarum largitionum palatina [32] officia, ex quacunque causa, [vel [33]] ex quocunque titulo fiscalis debiti, cum ad provinciam mittuntur, possessores per se audeant convenire, sive [34] id ex præterito reliquum trahatur, sive præsentis temporis tributa [35] solvi conveniat: sed [36] Rectores provinciarum frequenter adeundo commoneant, eorumque Officiis incumbant. Quod si Rector provinciæ imminentem sibi memoratorum declinare molestiam quæret, vel qualibet alia ratione [palatinis [37]] iisdem propria auctoritate publicæ exactionis permiserit curam: tam ipse, quam officium ejus vicena [38] auri pondo fisco dependant. Dat. 7. Id. Decembr. CP. BASSO, & PHILIPPO CONSS. 408.

3. Impp. LEO, & ANTHEMIUS AA. Heliodoro Com. sacrarum largitionum.

PRæcipit nostra serenitas, neque veloci [39] cursui, neque alii præter inveteratam [40] consuetudinem gravamini subjacere Chartularios [41], qui de cohortalibus [42] officiis uniuscujusque provinciæ largitionales titulos retractare constituuntur: cum idem [43] etiam amplissima Præfectura disposuisse perhibeatur: ut his necessitatibus liberati, fideliter largitionales titulos valeant retractare. Quod si aliquo tempore nostra justio temerario ausu ex aliqua fuerit parte violata: tam Rector provinciæ, quam apparitor [44] ejus triginta libris auri condemnatione plectentur. Insuper virum spectabilem Comitem [45] Orientis, ejusque officium licentiam habere, conatus nefarios inhibendi tam moderatorum, quam cohortalis officii, cum de hac re admoniti fuerint a palatinis, eandem pœnam formidantibus, si non omnibus modis pietatis nostræ decreta congruum mereantur effectum. §. 1. Illud etiam generali forma sancimus, ut in omnibus provinciis, tam nominatio [46] specialium susceptorum [47] largitionalium titulorum, quam defensio tractatorum [48], non tantum per viros clarissimos moderatores provinciarum, sed etiam per viros spectabiles Proconsules, & Præfectum [49] Augustalem, ac laudabiles Vicarios una cum eorum officiis admonentibus semper, necnon imminentibus [50] palatinis procuretur: providentibus, ut post nominationem etiam specialium susceptorum largitionalium titulorum [51], nulla minuendæ [52] exactionis ad sacrum pertinentis ærarium aut transferendi ad arcarios, aut quoslibet alios extraneos titulos, Rectoribus provinciarum, aut eorum officiis, seu [53] etiam curialibus licentia permittatur, quadrimenstruis [54] brevibus per idoneum tractatorem eorundem titulorum, super commendandis ratiociniis publicis, periculo Rectorum provinciarum ad sacratissimam Urbem transmittendis: nam quacunque ex parte, quam justit nostra tranquillitas, si minus fuerit procuratum, pœna superius designata, tam ipsi Judices, quam eorum officia se noverint esse plectenda. Dat. 8. Kal. Aug. *Constantinop.* ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

Si literæ judicis aliquid ultra veterem consuetudinem contineant, præsumuntur erroneæ. Bart.

4. Iidem AA. Heliodoro Com. S. L.

PRæcipimus, ut si forte delegatio [55], quæ ab amplissima Præfectura in diversas provincias ex more quotannis emittitur, minus contineat omnes largitionales titulos, aut quoquo [56] modo exactio eorum debet procedere, nihilominus competentem exactionem eorum a viris spectabilibus tam Proconsulibus quam Vicariis, & viro spectabili Comite Orientis & Præfecto Augustali, necnon, & Rectoribus provinciarum, eorumque officiis, & curialibus (omnium largitionalium titulorum exactionem [57]) procurari: vicenarum [58] librarum auri condemnationem præ [59] oculis habentibus, si quid [60] minus [61] exactum, vel illatum fuerit sacro ærario, quam prisca, & inveterata consuetudo sacris largitionibus inferri constituit. Dat. Kalend. Julii, *Constantinop.* ANTHEMIO A. II. CONS. 468.

TIT. XXIV.
NE OPERÆ [62] A COLLATORIBUS EXIGANTUR.

1. Imppp. VALENTINIANUS, VALENS, & GRATIANUS AAA. ad Viventium P. P.

OPerarum [63] præbitionem, quæ illicite [64] a provincialibus hactenus expetita est, Sinceritas tua cessare præcipiat. Dat. 10. Kalend. Mart. *Treveris*, VALENTINIANO, NB. P. & VICTORE CONSS. 369.

1 *Similima, in C. Theod. & quib. exempl.* 2 *Judices* præsides sunt: Numerarii sunt officiales, qui numero agunt, proximi tabularis. 3 *Ex lib.* 12. *tit.* 1. *l.* 185. *C. Theod.* 4 Apoche semel susceptæ ac probatæ fides non retractatur. addé *l.* 14. 3. *de solut.* 5 *Proconsule. d. l. C. Theod.* 6 Spectabiles esse Proconsules, hinc colligitur. 7 Vide *l.* 2. 3. *quemadm. civitas muner. hoc lib. tit.* 42. 8 *Acceptæ*, in *C. Theod.* 9 Idem in emphyteusi esse existimatur: nimirum, ut emphyteuta probans, se canonem solvisse, tribus annis proxime præteritis, præsumatur retro per omne tempus solvisse. Gloss. & Bart. *hic.* Salic. *l.* 2. *fapr. de jure emphyt.* Gloss. *in c. cum Ecclesia Satrina.* 3. *n. de causa possessionis & proprietatis*, & ita posit Speculatorem, Innocentium, Bald. Joann. Andream, Petr. Cynum, Ant. de Barulo tenet Capella Tholosana, & *ibi* Aufrerius, *decis.* 235. 10 Præsumitur retro solvisse, qui offendit se tribus annis proximis solvisse: quæ præsumptio ita potens est, ut in adversarium transferat onus probandi. 11 Omnis collator (συντελεστὴς Græcis dicitur) a quo tributa exiguntur, si trium annorum securitates (Graeci ἀμαρμίνας) ostendat, non amplius ostendere cogatur, quod etiam superioribus annis functiones tributariae (συντελείας) intulerit: nisi forte vel apparitor, vel optio, vel actuarius, vel alius quispiam publici debiti exactor sive compulsor a possessore cautionem de collationibus his habeat, vel alio quo modo manifeste probet, ea tributa fibi deberi. *Syn. Basilic. Tit.* 8. *cap.* 29. 12 Concurrentium. 13 Cogantur. Qui per tres annos præcedentes se solvisse probat, præsumitur etiam præteritis annis retro solvisse. vid. Cravett. *consil.* 318. Mascard. *de probat. lib.* 2. *consil.* 603. Autrer. *quæst.* 235. Gomez. *ad l.* 68. *Tauri in fin.* Anf. Addé notat. *Censur. Forens. nostra lib.* 4. *cap.* 32. *in fin.* S. L.

14 Coarctetur. 15 Τάξιωτοῦ. *Synopf.* 16 De optione dixi ad *l.* 11. *J. de erogat. militaris annona. lib.* 12. *tit.* 38. 17 Ὑπομνηματογράφος. *Synopf.* vide quæ scripsi ad *l. ult. J. de erogat. milit. annona. l.* 12. *tit.* 38. Goth. Optioni jungitur actuarius, ut *Nov. Marc. de ind. deb. & l. excellentia. & l. ult. infr. de erogat. noll. ann.* porro vide ad hanc legem Jasonem *ad l.* 2. *fapr. de jur. emphyt.* Alexand. *conf.* 105. *lib.* 3. Cremeni. *cons.* 79. Grammat. *conf.* 313. Rot. 304. Mod. 18 Depositi.

19 Manifeste. 20 *Menne P. P.* est enim pars *l. in contractib.* 14. §. *fed quoniam.* 1. *fapr. de non numerat. pecun.* Cont. 21 Qui publicas functiones tractat, (ὁ δημοσιῶνας) exceptionem non numeratæ pecuniæ (ἀπαρατείας) securitati ab se conscriptæ, quæ modo profertur, opponere non potest: *Synopf. tit.* 6. *cap.* 30. 2. Hermen. 2. §. 15. Exceptione pecuniæ non numeratæ uti non potest, qui apocham publico nomine dat. vid. *l.* 14. §. *fed quoniam.* §. *de non numerata pecunia.* 22 Hanc legem fic emendat Cujac. *ex d. l. in contractib.* Securitatibus publicarum functionum sive &c.

23 *Canon* significat anniversariam pensitationem præstationemque: hic autem canon est, qui ex more infertur thesauris, vel privato ærario, ex quo princeps dona & largitiones publice privatimve facit, & necessaria comparat. Cujac. *hic.* 24 Al. *Lolianus.* 25 Vid. *l.* 7. *J. de suscertoribus. h. lib. tit.* 70. 26 Deferri. 27 Affignatione tabularioruin. Tabularium munus erat obligaare: exactoris vero dare apocham. *l.* 2. *fapr. de conventendis fisci debitoribi.* 28 Largitionum integre. Porro hic Graeci vertunt urbem regiam. Herodianus I. *Hi Romæ, ubi princeps.* Syncius: *ubi principis est, ibi omnium integra fortuna.* 29 *Inc C. Theod.* 11. 7. 17. que hic immutata est in ipso principio. 30 Palatini largitionum sacrarum, vel privatarum milli in provincias, fungi exactorum officio non debent, fed inflare tantum apud Praefides, officia eorum & curiales, ut intra anni spatium annonas & tributa exigant. *l. ult. J. h. t. l.* 7. *fapr. de exactl. tribut. l. nullum.* 10. *fapr. de off. rector. provinc. l.* 1. *J. de executoribus & exactoribus. lib.* 12. *tit.* 61.

31 Al. *deest*, ut in *Cod. Theod.* 32 Palatina officia, Comitis sacrarum & privatarum largitionum ministri, qui ideo largitionales privatiani & mittendarii. *l.* 3. *infr. de patat. sacrar. largit. lib.* 12. *tit.* 24. 33 Al. *deest*, ut in *C. Theod.* 34 Tributa praeterita vel praesentia exigantur.

35 Al. *tributa*, ut in *Cod. Theod.* 36 *l.* 6. *in fin. fapr. de exactl. trib. h. l. tit.* 19. 37 Al. *deest. in C. Theod.* 38 *l. ult. infr. h. t.* 39 Cursus publici curam qui habent, curiosi. *infr. de curiosis. l.* 12. *tit.* 23. & beneficiarii. Cujac. *Nov.* 24.

40 Veterum. 41 Chartularii, qui chartas tractant. iidem *infr.* tractatores, 28. 20. 128. 129. & 147. Mod. 42 Cohortales Praefidum officiales, ut pluriine quae fcripfi ad *l.* 14. J. *de curiis publ. lib.* 12. *tit.* 41.

44 Apparitio. 45 Sub Comite orientis XV. provinciae: cui coercitio in praesides erat. 46 Nominator praestat periculum ejus fusceptoris, quem nominavit.

47 Specialis fusceptor, sed rectior est excusa. 48 Tractatores hic iidem, qui chartularii, de quibus *fapr.* 49 Vide *tit. ff. de offic. Pref. Augustalis.* Goth. Qui in Aegypti provinciam mittitur, proconsulari potestate speciaiter dictus est Praefectus Augustalis. *l.* 1. *ff. de offic. Praefect. Aug.* fub eo autem erant provinciae hae ipsa, Libya inferior, Libya inferior, Thebais, Aegyptus, Arcadia & Augustamnica. *Mod.*

50 Palatinorum Comitis facrarum largitionum minus urgere, inflare, monere, ne quid adversus chartularios attentetur. 51 *l.* 4. *in fin. glof. l.* 4. *fapr. de annonis & tributis.* 52 Tributorum titufi non funt minuendi, vel confundendi: ut quod unus exigere debet, alter exigat. *l.* 13. J. *de fusceptores. h. l. tit.* 70.

53 De quadrimenstruis brevibus dictum est *l.* 1. *fapr. de apochis. h. l. tit.* 22. 54 De scriptio exactionis publicorum tributorum mittebatur a Praef. Pret. in diversas provincias: idque quotannis fei initio cujusque anni five indictionis, *ut hic*, mandabat a principe, infinuabatur apud Praef. Praet. & ab eo mittebatur in provincias. *l. un. fapr. de fuperinnidibus. h. l. tit.* 18. A praefidibus autem proponebatur in fingulis civitatibus, vide *Novell.* 128. 56 Al. *quomodo.* 57 *Totum hoc* (com. lat. tint. exactionem) *vacat.* 58 *l.* 2. *fapr. h. t.* 59 *l.* 3. §. 1. *fapr. h. t.*

60 Si quidem. 61 Majus.

62 Vide que notavi ad Titulum *de operis libertorum supr.* 63 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* Operas fubditis imponere aut ab eis exigere cuiforum domini non debent. *l.* 1. *h. t.* 2. *J. de rusticani ad ullum obsep. lib.* 11. *tit.* 54. Satis enim tributis onerati funt. Operarum autem praebitione pofitis intelligere excubias, de quibus vide Hotom. *nun. conf.* 9. Goth. Opera corporalia intelligit & quasdam veluti angarias, nisi quod horum nomen latius patet, & leparantur ab operis *in l. pen. J. de aquad.* l. 4. *C. Theod. de ext. mod.* Operarum nomine ea tantum exigi non posse notant: quod hujus titili inscriptio fub negatione fit conceptu. ut notatur *l. 1. fapr. de fusceptores.* deinde quod non tantum exactio, fed praebitio his vetetur.

TIT. XXV.
DE IMMUNITATE [1] NEMINI CONCEDENDA.

Qui falsum instrumentum immunitatis conscripserit, igne est comburendus. Bart.

1. Imppp. GRAT. VALENT. & THEOD. AAA. ad populum [2].

HIs nostræ serenitatis edictis civitatum tabulariis erit flamma [3] supplicium, si cujusquam fraude, ambitu, potestate, injustam [4] cujusqiam profiteantur [5] immunitatem: ac non secundum præcedentem definitionem omnes [6] omnino, abolita specialium immunitatum gratia, necessitas tributariæ functionis, firmata censitorum peræquatorumque provincialium Judicum peræquatione constrinxerit. Dat. 3. Non. Mart. *Mediolani*, MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

2. Impp. HONOR. & THEODOS. AA. Anthemio P. P.

PEr Bithyniam cæterasque [7] provincias possessores in reparatione [8] publici aggeris, & cæteris hujusmodi muneribus pro [9] jugerum numero vel capitum quæ possidere noscuntur, dare cogantur [10]. Dat. 7. Kal. Nov. *Constantinop.* HONORIO VIII. & THEOD. V. AA. CONSS. 411.

TIT. XXVI.
DE CONDITIS IN PUBLICIS HORREIS.

Non debet tangi de fructibus novis, donec consumantur antiqui. Bart.

1. Impp. VALENTINIANUS & VALENS, AA. ad Volusianum P. P. [11].

OMnia [12], quæ in horreis habentur, expendi volumus, ita ut non prius ad id frumentum extendatur expensio, quod sub Præfectura [13] tua urbis horreis infertur, quam vetera [14] condita fuerint erogata: & si forte vetustate species ita corrupta est, ut per semet erogari sine querela non possit: eidem [15] ex nova portione misceatur [16], cujus adjectione corruptio velata damnum fisco non faciat. † Ad istud autem negotium arbitratu, ac judicio tuo nobilis [17], prudens [18], fidelis, opime sibi conscius, pro integritate mentis [19], apponatur custos, ac mensor [20]: qui vel frumenta modio [21] metiatur, vel justis æstimationibus colligat quanta habeantur in condito. Dat. 6. Id. April. D. JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

Rectores debent per seipsos inspicere domos, & horrea publica, ne ex pluvia corrumpantur publica frumenta. Bart.

2. Idem AA. Anthemio Præfidi.

CUm ad quamlibet urbem, mansionemve [22] accesseris, protinus horrea inspicere te volumus, ut devotissimis militibus deputatæ [23], & incorruptæ species præbeantur: nam si per incuriam officii gravitatis tuæ, fartorum [24] tectorum neglecta procuratione, aliqua pluviis infecta pericrint: ad damnum tuum referentur. Dat. 8. Kal. Septembr. *Arelate*, JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

Species in horreis publicis depositas nullus debet in suam utilitatem convertere. Bart.

3. Impp. ARCADIUS & HONORIUS AA. Anatolio P. P. Illyrici [25].

NUlli posthac horreaticas [26] species contingendi copia præbeatur. Si vero [27] quisquam temerator horreorum extiterit, qui sibi ex prædictis aliquid audeat usurpare, hanc pœnam sciat nostro arbitrio definitam, ut deportationis pœnæ subjectus, totius fubstantiæ cogatur fubire jacturam. Dat. 7. Id. Jul. *Constantinop.* CÆSARIO & ATTICO CONSS. 397.

TIT. XXVII.
UT [28] NEMINI LICEAT IN EMPTIONE [29] SPECIERUM SE EXCUSARE: ET DE MUNERE SITOCOMITÆ [30].

1. Imp. ANASTASIUS A. Macroniano P. P.

QUotiens [31] urgente necessitate comparationes [32] frumenti, vel olei [33] aliarumque specierum quibuslibet provinciis indicuntur [34], nulli [35] penitus possidentium sese sub cujuscunque privilegii occasione excusandi tribui facultatem censemus: omnique cuicunque possidentium, quocunque modo, quocunque tempore, per sacros [36] apices, vel etiam pragmaticam sanctionem, aut judicialem forte dispositionem hujusmodi excusatio data est, vel postea data fuerit, licentia minime unquam contra tenorem nostræ legis saluberrimæ valitura: Adeo namque hujusmodi onera cunctis, pro qua singulos portione contigerit [37], volumus irrogari, ut ab iisdem comparationibus nec sacratissimam nostræ pietatis, nec serenissimæ nostræ conjugis domum patiamur subtrahere. Dat. 3. Kalend. August. *Constantinop.* OLYBRIO V. C. CONS. 494.

2.

CIvitatum incolæ, vel qui in eis aliquid possident, non cogantur in aliam civitatem, vel [38] metropolin species conferre. Sed & si inevitabilis quædam causa id fieri exigat, justis pretiis, quæ in ea civitate obtinent ex qua præbentur species, eas indigentibus vendant [39]. Compensentur [40] autem venditoribus pretia cum auraria collatione: nec enim æquum est, qui nunc præbuit species, & annonæ copiam attulit, ei postea pretia computari: & hoc fiat cura, & solertia præfidis cujuscunque provinciæ. † Nullus vero [41] cogatur vendere omne id quod sui usus gratia comparaverit, sed superflua tantum: quandoquidem satis impium [42] est suis quemque defraudari, eaque in alios transferri, Præside qui legem violarit violarive concesserit, centum [43] libris auri multando, & dignitate propria cinguloque spoliando. Nulla unquam citra ingentem necessitatem jussionemque principis possessoribus coemptio indicatur, nec alter quam ut coemptionis aurum ex auri collatione a possessoribus debita, si quidem ea omnimodo ad coemptionem sufficiat, retineatur. Quod si nihil fisco debeant ii quibus coemptio indicitur, aut partem tantum, prius in nummis ponderis probi aurum accipiant, quam ab eis species exigantur, nemine audente vel injusti ponderis, vel ex parte tantum nummos exsolvere, vel qua alia ratione collatoribus damnum dare, damni quadruplo & eo quod pretio deest, ab eo qui secus fecerit, exigendo. Sed & si quis coemptionem indicere aufus sit, vel indictam illicite exegerit, quinquaginta libris auri mulctabitur, & militiam ac dignitatem amittet, majori etiam commotioni subdendus. At cum ex mandato principis coemptio indicitur, unusquisque [44] pro rata jugorum & capitum quæ possidet, coemptioni subjiciatur, nemine excepto: eo, qui in exigendo hanc rationem non servaverit, quinquaginta librarum auri multam fubituro, & dignitatem ac cingulum amissuro, & majorem aliam commotionem expectaturo. † Excipimus ab hac lege Thraciæ diœcesin. In Thracia enim quia tributa fiscalia in solidum non inferuntur, barbarorum incursibus colonis attritis, nec sufficiente specierum collatione ad alendos milites in ea consistentes, quod omnium maxime interest, nec tamen sine coemptione præstari potest, ideo eam frequentissime fieri longe necessarium est. In ea igitur diœcesi, quæ hactenus obtinuit, consuetudo servetur, ei subjectis etiam negotiatoribus ut collatoribus, & negotiatoribus coemptionis aurum primum solvatur in nummis obryzis [45] & debiti ponderis: tum ab eis sine refragatione & damno ullo conferantur species, illo qui hæc non servaverit, eisdem subdendo pœnis. Melius enim est initar privatæ negotiationis militibus etiam negotiatores alimonia conferre. Quod si quandoque ob civitates aliquas inopes necesse fit coemptionem fieri, liceat præfidibus eam facere in territorio duntaxat ejus civitatis quæ frumento indiget, & in confiniis ejus, & eo pretio quod in locis pro tempore obtinebit: quod & partes [46] civitatum observabunt, & quilibet alius coemptionis curam gerens. At si necessitas exigat civilem coemptionem fieri in urbe regia deficientibus annonis, ea vero procedat ex sacra jussione, auro prius, sine damno & dilatione præstito, ut in foro rerum venalium distribuantur species, ita ut & naula ex publico præbeantur, & collator vendat folummodo fuppeditetque egentibus necessarias species. † Nihil vero hac Constitutione innovatur eorum quæ de coemptione magnæ alexandrinorum civitatis disposita fuit sacra forma de annona militum evocatur [47]. Subjiciantur multæ quinquaginta libr. auri & periculo dignitatis ac cinguli tam maximi apparitores gloriosissimorum præfectorum

1 Immunitates perperam impetratæ a quibusdam, & iis concessæ, hic revocantur ad pristinam rationem census, cenitorum, peræquatorum, & Praefidum judicum confirmantis fiscum infrumentum conficiebant ignis fuicium est, *ut hic*: licet alias poena *l.* 11. *tit. fin. ff. ad l. Corn. de falsis.* Porro de ignis fupplicio dixi ad *l. unicam* 3. *de Nili aggeribus.* de Tabellionum & Tabulariorum poenis fallum committentium, vide hic apud Scholiastam. 4 *Injusta*, in *C. Theod.* 5 *Professiones immunitas*, in *C. Theod.* 6 *l.* 5. §. *de annonis & tributis. tit.* 16. *h. l. l.* 1. §. *de indiction. tit.* 17. *h. l.* Armeniam. 8 Adde *l.* 1. §. *confirmat.* 3. *ff. de via publica.* 9 Vinum & aggeqiod cum quotidie possit occurrere, eo magis notandum. Cortius *singular. Mantiss.* adde *hic* Rebuff. 10 *Affringantur*, in *vet. mss manusc.* Cont. *Goth.* Cujacius vero legit, *adstringi cogantur*: abusitis inquit immunitatibus, *l.* 1. §. *de oper. publ.* eamque lectionem confirmat ex C. Theod. ex veteri MS. & ex Graeca verbione, quae habet ὑποχρεοῦσθαι ἀναγκαζόμενοι. videatur & Fornerius *lib.* 1. *select. cap.* 20. Mod.

11 Ex C. Theod. *lib.* 11. *tit.* 14. *l.* 1. §. *ante omnia.* Al. P. U. id est, Praefectum urbis, quod & lex ipsa fatis indicat. 12 Vide Forcatulum c. 9. *Venus.* 13 Praefecti urbi & praefecti annonae cura dietim annona & panes gratiles, (fic dicti, quod diriperentur de quo pane gratili vide hic Cujac. Prudent. *adversus Symmachum*, Calliod. 9. 14 Frumentum vetus ex publico prius erogandum est, quam novum: quod si vetus conservatur, quod ad tutores & curatores quidem extendunt. 15 Al. *eidem nova portio* rupitum fuerit, novo permiscendum est: ut ita vitetur corruptum, & ne damnum fisco immiscetur &c. 16 Fallum non contumo ceniemur, quod incorruptum corrupto fit 17 Nobiles in officiis administrandis praeferendos alis, hinc colligunt, & dictiores, bonis patrantibus natos, bene natos, Christianos. Jacob. Rebuff. *hic.*

18 Frumentarii mensoris partes. 19 Al. *integritate mentis.* de his legitur in C. Th. 20 Adde *l.* 9. *infr. de suscept h. Urbis.* 70. Goth. Qui deinde vacationem habent munerum personalium, *l. hic antethis.* §. *l. ff. de vacat. mun. l. munjeres. ff. de excusf* vide Forcatulum *in penu jur. cap.* 9. & Menochium *hic.* 1. *de urb. jud. quaest.* 5. *num.* 29. Mod. 21 Mensor fit frumenta modio metitur. Lucilius apud Nonium: *Frumentarius est, modium hic secum atque ratellum unum habet.* Porro mensores hi frumentarii, immunes a muneribus perfonarum, qui annonam urbicam in horreis portus Tiberini metiebantur, quibus adjunti erant caudicarii. *l.* 1. *C. Theod. de frumento urbis Roma. l.* 9. *C. Theod. de defoetis.*

22 Mansiones quid, dixi in *l.* 2. J. *de lucris advocat.* 23 In manuscr. deficiunt. Cont. 24 Vide *l.* 7. *J. de suscertoribus. h. l. tit.* 70. *l.* 9. J. *de mutilegis. l.* 11. *tit.* 7. *l.* 5. J. *de fundis rei privatae.* 25 *Ex C. Theod. lib.* 11. *tit.* 14. *l.* 3. 26 *l.* 6. J. *de suscertoribus. h. l. tit.* 70. *l.* 9. J. *de mutilegis.*

28 *Ecl. lib.* 56. *tit.* 9. 29 In uno meo manuscr. leg. *comparationem*, in alio *coëmptione.* Cont. vero, *coemptio* συνωνία *Nov. Tiberii.* 1. J. Boëthius 1. *de consilat.* Goth. Ita *Panianus videretur.* Mod. 30 Σιτώνης, vel *sitonici*, legendum putat Cujac. est autem curator frumenti: Σιτώνης curator frumenti. 31 Quum in quacunque provincia fuerit indicta species alicujus comparatio, nemo se quocunque tempore, per sacros apices, vel etiam pragmaticam sanctionem, judicium dispositionem excusse: quippe nec sacra domus nut piissimae Augustae hoc onere liberata est. *Syn. Basil.* 56. *tit.* 9. adde *l.* 1. J. *de quibus muner. h. l. tit.* 48. 32 Comparatio frumenti συνωνία. 33 Al. *hordei.* 34 Indicentur. Invitus etiam frumentum emere quod ut singulare ad alios calus non extendi notat Mynlingerus 7. *Resp.* 74. *num.* 45.

35 Vide *l.* 1. J. *de quib. muneribus nemini licent. h. l. tit.* 48. 36 Sacri apices, Principis adnotatio, quo fit encaustio, σύνδεσμος κελεύσεως, σύνδεσμος καὶ ὑποτάξεις κελεύσεως, τὸν μετρόσιτον, id est, quam in metropolin. *Syn. ibi hoc c.* 5. 37 Contingunt. 38 Al. *iis* 39 Ex illis has ave. hentibus, qui speciebus indigent. *Syn. ibid.* 40 Τιμαριζόσθω. computentur autem, fitationum publicarum normae conferuntur: Non enim æquum est, modo quidem exigi postquam hoc modo jam annona vilitis: periclitante clarissimo cuique principe fiscal & *ibid.* 41 Nemo cogatur omnem suam annonam vendere, sed superfluas tantum species. Nam fatis impium est, suis quem defraudari, et aliis ea suppeditet. *Synopf. tit.* 8. *de judaeis, l.* 5. *ff. de administr. rerum ad civitates pertinentium.* 42 Poena centum libr. um auri & dignitatis amissio imponitur praetidi committenti adversus hanc legem. *l.* 2. J. *de militi. vestis. l.* 12. *tit.* 40. Jugationibus alii: jugationibus & capitationibus, seu jugerationibus alii metiuntur. Unde, alii Jugationem, alii jugationem simul & capitationem dicunt. 43 Obryzi solidi quid, dixi ad edictum *Justiniani* 11. *tit.* 3. *infr. de veteris nummisnatis potestate l.* 11. *tit.* 10. *l. un. infr. de delatione voluminum.* 44 Obryzi solidi quid, dixi ad *l. in fin. J. de his, qui fuente publ. muneris. h. l. tit.* 43. *& Novell.* 17. *c.* 4. §. 1. 45 Ἐπιστάτης ἐμπορίου Graeci hoc. possis & externos & adventitios milites interpretari extraordinarios ἐπιλεκτοὺς. Eo sensu ἐπιστὴς ἐπιλεκτοῦ. Dion. 55. Leges externas Dionysius: servos

prætorio; quam clarissimi præsides provinciarum, & eis obsequentia officia & locorum defensores, & alii publicorum tractatores, si hanc legem violaverint, aut violari concesserint, aut confestim & vere ejus violatores minime detulerint.

3.

CUm in civitate aliqua frumenti comparandi curatore opus est, ejus [1] creatio fiat arbitrio, & electione episcopi, & primorum civitatis, non ut videbitur creatoribus, neque ex quibus voluerint personis, sed soli ex regione illa officiales militantes, & dimissi ad munus illud sitoniæ ab eis promoveantur. Hi namque, qui in publicis negotiis diu sunt exercitati, facilius sitoniæ munus expedient. At [2] omni damno liberentur, qui eam necessitudinem, curamque sustinuerint, & secundum leges discutiantur: quandoquidem æquum non est, ut ex tot laboribus damnum ferant: frumentum autem præbeant non majore pretio, quam in foro distrahatur. Qui violarit legem, aut violari concesserit, triginta librarum auri multam sustineto.

TIT. XXVIII.
DE COLLATIONE DONATORUM [3], VEL RELEVATORUM [4], AUT TRANSLATORUM [5], SEU ADÆRATORUM [6].

1. Impp. VALENT. & THEODOS. AA. Hermocrati P.P. 7.

DIspositionem amplissimæ recordationis Antiochi [8], quæ certam quantitatem ante se relevatis possessionibus nomine canonis indixit, non imminui [9] decerninus: id enim quoniam in canonem cecidit, & anniversaria debet pensitatione persolvi: nec in præteritum, nec in posterum patimur esse concessum. Indulgentiam vero memoratæ descriptionis, & in ante actum, & in posterum tempus non solum in relevatis, verum etiam in donatis, adæratis, translatisque, seu quodlibet aliud nomen novæ descriptionis excogitatum est, volumus observari: nullamque super his unquam [10] exactionis molestiam formidari: quibus non tantum reliqua præteriti temporis relaxamus, sed nec in posterum quicquam innovationis [11] aut oneris [12] adjiciendum esse censemus: nullique licere deinceps contra divalia statuta relevare suas possessiones. † Noverit tamen amplissimæ tuæ sedis officium, quod si aliquando nobis suggestio huic nostræ sanctioni contraria porrigatur: vel si sacris mandatis, si [13] qua forte citra [14] suggestionem his piis dispositionibus adversa emanaverint [15], obsequatur, & aliquos [16] tanquam debitores ex hujusmodi titulo crediderit exponendos [17]: ducentarum librarum auri se sciat condemnatione multandum. Dat. 12. Kal. Dec. THEOD. A. XVIII. & ALBINO CONSS. 444.

TIT. XXIX.
DE COLLATIONE ÆRIS [18].

Pro ære potest solvi aurum tanti valoris. Bart.

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Hilario [19] P.P.

ÆRis pretia, quæ a provincialibus postulantur, ita exigi volumus [20], ut pro viginti [21] libris æris, unus auri solidus a possessore reddatur. Dat. 5. Kalend. Jun. *Mediolani*, ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

TIT. XXX.
DE [22] DISCUSSORIBUS.

Si æstimator male æstimat, ipse tenetur. Bart.

1. Impp. VALENT. VALENS & GRAT. AAA. ad Artemium Vicar. Hispaniarum [23].

QUotiens in [24] disceptatione constiterit inique discussionem fuisse confectam, & fidem facti non poterit approbare discussor, ipse in eodem titulo [25], & in eodem modo ad solvendum protinus urgeatur, in [26] quo alterum perperam fecerit debitorem. Dat. prid. Id. Maji, VALENTIN. NB. P. & VICTORE CONSS. 369.

2. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Messalæ P.P. [27].

NE casu amissa securitate [28] publica, quædam præda nascatur collatoribus: decernimus, ut quando securitates a discussoribus seu apparitoribus expositæ, ratiociniis [29] publicis continentur, rursus [30] per injuriam [31] non petantur. Dat. 5. Kalend. Decembr. [32] *Mediolani*, STILICHONE, & AURELIANO CONSS. 400.

Ab onere discutiendi, & æstimandi patrimonia nullus excusatur, nec etiam miles, nec militans. Bart.

3. Impp. THEODOS. & VALENTIN. AA. Apollonio P.P. [33].

PEr singulas provincias, vel civitates, honoratis usque ad Comitivam consistorianam [34] nec non etiam militantibus, & suis obsequiis non adhærentibus, advocatis [35], quin etiam fori provincialis mandari discussionis jugerum sollicitudinem decernimus. Dat. 5. Kalend. Januar. EUDOXIO & DIOSCORO CONSS. 442.

4.

NEmo fiat discussor aliter, quam [36] ex jussione principis, specialiter discussoris faciente mentionem, non præfectorum jussu, non ex præcepto alterius cujusquam judicis, non civilium [37] operum, vel pecuniarum frumento comparando destinatarum, vel portuum, vel eorum, quæ impenduntur in aquæductus, murorumve constructione, vel ad vias sternendas, vel ad pontium & aggerum instructionem, sed neque pecuniarum ad lavacra destinatarum, vel alio quocunque modo ad civilem rationem pertinentium. † At princeps, sive ex ærario pecunias miserit ad mœnium, vel alterius operis constructionem, sive ab alio relictas civitatibus pecunias invenerit, semel vel etiam sæpius cum ei sederit animo, mittat discussorem, qui opus admetiatur, & rationes putet exacte, & ad se referat: ut si recte sumptus facti sunt, iis, qui fecerunt, sacra securitas conficiatur, qua freti nullam ii postea, vel heredes eorum, aut bonorum possessores quæstionem patiantur. † Valeat, & ab discussore post rationum discussionem emissa securitas, nec sacra apocha, nec alia qualibet cautione indigens. † Sumptus [38] autem discussoribus policeatur Constitutio, ut sine damno ratiociniis tractent. Eos vero, qui de suo impendunt in opera civitatis, vel alias publicas necessitates, heredesque eorum, nullam vult discussionem sustinere, vel lucrorum, vel eorum, quæ dicuntur ὑποφορικά [39] aut περιφορικά, vel sumptuum, qui fiunt circa mulos fiscales, aut mulones, vel professionum ratione, vel eorum, quæ generali nomine vocantur solemnia. † Cæterum præsidum nemo discussorem mittat, sed referat ad principem in hoc, ut ab eo mittatur, qui hæc discutiat, ac ne unum quidem obolum inde corradat, sed tam fisco, quam collatoribus jus suum conservet: & si inventas apud aliquos pecunias fiscales exegerit, & sacro ornamento [40] intulerit, licito jure sibi in singulas libras sex solidos pro solatio retineat. Quod si, vel obolum invitis, aut volentibus provincialibus acceperit, is quidem quod accepit reddat, quadruplum fisco inferens, & criminaliter coërceatur, quasi proditor fisci, collatorumque concussor. Qui autem dedit, quasi hoc ipso confessus se fisci rationibus obnoxium, rursus discutiatur, & exigatur. † Discussione autem solennium facta, & ad principem perlata, discussis sacra securitas detur: dari etiam ea potest a discussoribus, ita ut utroque casu nullam illi postea discussionem patiantur. Neque vero ob securitatem a se expositam discussor quidquam accipere potest, vel si quid exigat, possessoribus, & municipibus eum propulsandi [41] jus est: referendi etiam ad principem, ut mittat aliquem, qui hoc genus concussionis coërceat. † Præses, qui post hanc legem non accepta ex scripto jussione principis, discussorem quacunque ex causa miserit, xx. librarum auri, & officium ejus xv. pœnæ subjiciatur, qui nec occasione repurgationis cloacarum, vel ædificiorum muris adjunctorum, vel ruinæ eorum, vel ob factas in publicis porticibus πεφολάκιας, ut vocantur, & arcas, vel eorum, quæ in civitatis intercolumnis ædificata sunt, quasi destruenda fint, vel de imaginibus, aliisve a se excogitatis modis, aut civilibus quæstionibus ullas jussiones facere potest. Sed & si fecerit, licet [42] civibus executioni earum obsistere, minimeque eis satisfacere, præsidibus provinciarum hoc silentio transmittentibus, & omni civili, publicoque auxilio eisdem subdendo pœnis, facultatem quoque habentibus iis, qui voluerint preces principi offerre, & gesta perdocere, ut principalis indignationis correctio consequatur: præsidibus item talia jubentibus viginti libris auri multandis, majoremque principis commotionem expectantibus: officio autem obsecundante præter multam quindecim libr. auri in corpus caltigando. Soli enim principi licet horum inspectionem [43] viro integro & fideliter atque ex ufu civitatum hæc indaganti, nihilque protinus ob id accipienti mandare. † Provideant autem patres civitatum possessiones, ne quis civilem, vel publicum illum locum in muris, vel in publicis porticibus, vel obsequiis, vel aliubi injusta ex causa detineat, & ne cuiquam detur

Barbaros, Plutarchus *in Gracchis* Ἰπποκόμους: & in conciliis mulieres συνιόκους: Pausanias παρεισάκτους appellat. Evocati vero milites, ἀνακλητοὶ veterani, quos post patris cædem Augustus exovit ex Galatia & Cæsilino, quorum fuit certum corpus ferentium vites centurionium more, *Dion.* 55. quos ideo Centuriones certe possis appellare. Nam & ita Titimium, quem Vellejus Paterculus, G. Caili evocatum, Dio 47. & Valerius 9. Centurionem appellant, vide Cujac. 7. *observ.* 10.

1 Sitonæ creantur ex cohortalibus, arbitrio primorum civitatis & Episcopi.

2 Vide *l. ult. §. item rescripserunt. ff. de administrat. rerum ad civit.*

3 Donat possessiones Princeps, dempto canone: relevat possessiones tributis: transfert possessiones in jus aliud, aliamve functionem. 4 Adde *l. 24. ff. de Cens.*

5 *l. 8. fapr. de sacros. Eccles.* 6 Adærare est æstimare & taxare pecuniis, quod in annonis inferebatur. 7 Ex lib. 11. tit. 20. *l. 6. C. Theod.* in qua tamen legitur, *Antiocho P. P.* 8 Qui fuit P. P. ante Hermocratem: ad quem scripta hæc constitutio. adde *l. ult. C. Th. 6. 2.* 9 Minui. 10 Iniquum. 11 *l. pen. infr. de omni agro.* 12 Unerris. 13 Mandata citra suggestionem & libellum dantur ultro: tacita vero alterius suggestione dantur ex libello. Porro ut differant a pragmatica sanctione, oraculo & adnotatione, dixi ad *l. ult. fapr. de petit. bonorum possidetis.*

14 Contra. 15 Manaverint. 16 Alios. 17 Al. *exigendos*, in *C. Theod.*

18 Æs inferebant fisco quædam provinciæ, ut Cyprus: quæ ideo æroia. Festus.

19 Ex *C. Theod. lib.* 11. *tit.* 21. *l.* 2. 20 Pro ære aurum provinciæ inferre possint hac forma: pro vicenis libris æris, singulos solidos, *ut hic. l. unic. J. de argenti pretio. h. lib. tit.* 76. Ita solvi aliud pro alio volenti potest. *Goth.* Intellectum hujus L. vid. apud Covarruv. *de vet. num. collat. c.* 3. Anf. 21 In *C. Theod. viginti quinque.*

22 Περὶ ἀναγραφῶν τῶν λογοθετῶν τῶν τοῖς δήμοις παρεισάκτων καὶ τῷ δημοσίῳ ἀκολουθοῦντων καὶ ἀνακλωμένων καὶ τῶν πρωτοτύπων καὶ ὅτι οὐ κωφὴ λίτρα τῶν ἀπαιτουμένων παρ' αὐτῶν τελεσμάτων ἐξ ἀναγκαίων. Id est, De descriptoribus sive discussoribus, qui mittuntur in provinciis, & ad fiscum, ex quacunque causa pertinentia adserant, & tradant, & exigunt. Item quod in libra qualibet eorum quæ exiguntur, sex aureos accipiant. *Synopf. Basil.* 56. *tit.* 10. De discussione adde munus aliud ex *l.* 9. *§. de Judeis.* Et breviter, Discussor, Discepator rationum, fiscalium vel publicarum ab aliis tradatarum. *l. ult. infr. h. t. l. cum pofl.* 26. *fapr. de appell. l. pen. fapr. quorum appell. l.* 1. *§. de ratiocin. oper. pub.* Symmachus *in epist.* 23 *C. Theod. l.* 11. *tit.* 26. 24 Quoties discussor non probaverit discussionem a se eum fide, reoque factam esse, eodem ipse titulo urgeatur, quo alterum gravavit. *Syn. ib.*

c. 2. 25 Id est, eadem specie, & quantitate. *l.* 6. *infr. de censibus. l.* 11. *tit.* 57.

26 Vid. *l.* 1. *fapr. de ratiocin. oper. public.* 27 *C. Theod. ibid. l.* 2. *quibusdam tamen mutatis.* 28 Securitas, seu apocha illationis amissa, fides ex polyptychis, id est, rationibus publicis fumitur, *ut hic, & l. illata.* 4. *fapr. de fide instrumentorum. l.* 2. *§.* 1. *§. de quadrien. præscr. l.* 11. *infr. de susceptoribus. h. l. tit.* 70. 29 Ratiociniis publicis, polypticis, seu polyptycha Græcis, quod ex chartæ πολλὰς σελιδοῦτοι οἷον πτυχὰς habeant, funt vero rationes publicæ. *l.* 2. *C. Th. h. t. l.* 13. *C. Theod. de rud. dri.* non chirographa aut apochæ, ut Alciatus putat 3. *paregon.* De Diptychis vide, quæ scripti ad *l.* 7. *in fin. fapr. de summa Trinit.* adde Cujac. 4. *obs.* 27. 30 Sine injuria autem petuntur: quoties deficerant collatores tabulas publicas fibi exhiberi. Ex ratione possessiones recte postulant censuales proferre tabulas publicas, ex quibus discant debitorum sive reliquorum modum. *Novell.* 17. *c.* 8. *&* 128. *c.* 4. 31 *l.* 3. *infr. de metallis. l.* 11. *tit.* 6. Goth. Adde *l.* 57. *ff. de administrat. tutor. & Novell.* 17. *cap.* 8. *§.* 1. 32 Al. *C. P.*

33 In manuscripto legitur, *praefecto Augustorum.* 34 Discussionis onus injungi potest non honorariis tantum comitibus consistorianis, sed etiam in actu positis, si fuis obsequiis non adhærent, *arg. l.* 1. *§. de collegiis.* Item advocatis fori provincialis, quod tamen pugnare videtur cum *l.* 6. *fapr. de advoc. diverf. judic.* nisi eam ad illustrium & spectabilium judicium durmtaxat advocationem referas, non ordinarium judicum, quæ non nisi impiorum hujusmodi numero, immunitate fruitur. *l.* 1. *J. quib. mun. exc.* Mod.

35 Imo advocatis mandari non potest. *l.* 6. *fapr. de advocat. diverf. judicior.*

36 Discussor rationum, (qui Logotheta Juliano Patritio est) seu rerum ad civitates pertinentium a solo principe mittebatur: non a P. Prætorio, non a Comite largitionum, aut privatarum, aut a Præside. Id enim princeps sibi adrogat: ordinarii vero discussores hujusmodi rationum, Epistolæ & quinque primi civitatis, *Novell.* 128. *c.* 16. *verf. Singulis autem.* 37 Pecuniæ civiles, seu civitatum (Galli vocarant, *deniers d'octroy*) in hos usus præcipue vertebantur, videlicet in opera publica, frumenti coemptionem, portus, aquæductus, muros, vias, pontes, aggeres, balnea. 38 Discussor sumptus accipit ex publico, non a collatoribus. 39 Species illatæ a provinciis, vel ad arcam P. P. transmittebantur, vel consumebantur in ipsa provincia. Transmittebantur autem sumptibus provincialium, quæ ὑφορικαὶ & περιφορικαὶ hic dicuntur. Pro his vero, quæ in ipsa provincia consumebantur, exigebantur πεφολακιαὶ, adde *Nov.* 128. *c.* 9.

40 Sacrum ornamentum hic nihil aliud, quam sacrum ærarium: quod Nicetas vestiarium quoque appellat. 41 Officialem injuste exequentem repellere jus est. dixi ad *l.* 5. *J. de executoribus. l.* 12. *tit.* 61. 42 Officiali injuste exequenti licet resistere:

43 Discussori hic inspectionem tribuit, de quo vide Cujac. *hic.*

quid.

quidquam ex publico sine sacra forma. Quæ enim fuerint ab eis tradita, non recte rescindentur: & in damno versabuntur, qui acceperint. Iidem provideant, ne, qui ex sacra forma habent possessionem aquæ, quid usurpent præter cæteros, & hic quidem plus, ille minus accipiat. † Hæc autem magnificus Comes rerum privatarum, & ei obsequentes Palatini perscrutari & deferre debent, impositasque pœnas exigere: vel si neglexerint, viginti libris auri multantur, officium vero xv.

TIT. XXXI.
DE [1] DECURIONIBUS ET FILIIS EORUM, ET QUI [2] DECURIONES HABEANTUR, ET QUIBUS MODIS A FORTUNA CURIÆ [3] LIBERENTUR.

An pater, & ejus heredes pro filio teneantur.

1. Impp. VALER. & GALLIEN. AA. & Valerianus C. Carterio.

SI cum te pater *decurionem esse* voluisset, & illo in rebus humanis agente [4] honor tibi iste delatus est: tenentur quidem etiam heredes ejus Reipubl. nam in hac parte vice fidejussoris pater accipitur: sed non ante, nisi [5] tuis [propriis [6]] rebus excussis. PP. 5. Kalend. Decembr. ÆMILIO & BASSO CONSS. 260.

De ratione nominandorum magistratuum.

2. Exemplum sacrar. literarum DIOCLET. & MAXIM. AA.

OBservare oportebit Magistratus [7], ut decurionibus solenniter in [8] curiam convocatis, *nominationem* ad certa munera faciant: eamque statim in notitiam ejus, qui fuerit nominatus per officialem publicum perferri [9] curent: habituro appellandi [10], si voluerit, atque agendi [11] facultatem apud [12] Præsidem causam suam jure consueto: quem si constiterit nominari minime debuisse, sumptum [13] litis eidem a nominatore restitui oportebit. Sine die & consule.

De ætate.

3. Iidem AA. & CC. Julio.

CUm decurionatus honorem [14] sponte suscepeeris, ab albo [15] eximi, [licet] annosum te esse dicas, non potes. PP. Id. Novembr. DIOCLET. A. II. & ARISTOBULO CONSS. 285.

De filiis adoptivis.

4. Iidem AA. & CC. Cassiano S. P.

CUm adoptivum [16] filium ex adoptantis dignitate decurionis filium effici nulla dubitatio sit: pro atrocibus injuriis eum quem ad [17] vicem [18] naturalis [19] pignoris tibi adscribebas, a Præside provinciæ illicitis corporis cruciatibus adfici non oportuit [20]: hocque congruenti pœna coërcebitur [21]. PP. [22] 2. Kal. Decembr. DIOCLET. A. II. & ARISTOBULO CONSS. 285.

De filiisfamiliis.

5. Iidem AA. Alexandro.

FIlios [23] in potestate patris positos, ad munera seu honores non posse evocari [24] falso tibi persuasum est. Sane si [25] ad nominationem [26] filii consensum non accommodaveris, ob administrationem ipsius minime conveniri poteris. PP. 6. Id. [27] MAXIMO II. & AQUILINO CONSS. 286.

De expertibus litterarum.

6. Iidem AA. & CC. Leontio.

EXpertes [27] litterarum decurionis munera peragere non prohibent jura [28]. Dat. 8. Kal. Maji, AA. CONSS.

De fratribus habentibus bona indivisa.

7. Iidem AA. & CC. Diogeniano.

LIcet indivisa [29] bona fratres habent, nihilominus tamen singuli suo nomine civilibus tenentur muneribus. PP. 4. Idib. Maji [30], Ipsis AA. CONSS.

De infamia. De oculis amissis.

8. Iidem AA. & CC. Platoniano.

INfamia [31], quæ tibi abominanda est, non etiam amissionis oculorum [32] casus, quæsitum tibi adimit honorem. Dat. 16. Kalend. Februar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De his, qui filios habent, vel non.

9. Iidem AA. Aurelio.

IN albo decurionum præscriptis [33], patrem, non [34] habenti filios anteferri constat.

De ætate.

10. Iidem AA. & CC. Aurelio.

SI ultra septuagesimum [35] ætatis annum patrem tuum esse Præses provinciæ perspexerit: eum personalium munerum vacatione perfrui providebit.

Ne uxor pro marito conveniatur.

11. Iidem AA. & CC. ad Maximinum.

UXorem [36] pro marito decurione conveniri non posse [37], proculdubio [38] est.

De infamia.

12. Iidem AA. & CC. Zotico.

NEc infames [39] immunitatem habere, cum [40] hæc privilegii, non notæ sit, convenit. Dat. 5. Kal. Febr. AA. CONSS.

De sententia Præsidis, de ætate, de podagra.

13. Iidem AA. & CC. Proculo.

A [41] Muneribus decurionatus nec [42] sententia Præsidis in perpetuum, nec anni quinquaginta [43], nec podagræ [44] valetudo præstat excusationem.

Quis vacationem tribuere possit.

14. Imp. CONSTANTINUS A. ad Evagrium.

NEmo [45] judex [46] aliquem suo arbitrio de curia liberet: nam si quis fuerit hujusmodi [47] infortunio depravatus, ut debeat sublevari, de ejus nomine ad nostram scientiam referri [48] oportet: ut certo temporis spatio civilium munerum ei vacatio porrigatur. PP. Id. Mart. CONSTANTINO A. III. & LICINIO III. CONSS. 313.

De Tabellionatu.

15. Idem A. Mechilio Hilariano correctori Lucaniæ & Britiorum.

UNiversos [49] decuriones volumus a Tabellionum [50] officiis [51] temperare. Dat. 3. Kal. Febr. SABINO & RUFFINO CONSS. 316.

1 Decuriones publici consilii causa in coloniis ac municipiis conferibebantur. *l.* 239. *§.* 5. *ff. de verb. fign.* Suæ curiæ quasi Senatores erant. *l.* 33. *infr. h. t.* Ita in magistratibus ipsis, id est Duumviri, Ædiles (in aliquibus municipiis Dictatores, Prætorsque) creabantur: nec aliis, quam decurionibus, illi honores demandabantur. *l.* 7. *§.* 2. *ff. h. t.* Pecuniæque publicas tractabant, erogandas decernebant, annonæ civitati vel superesset, providebant. Curatores frumenti, olei comparandi, vel operum publicorum, aut alterius negotiationis publicæ causa, Legatos, Syndicos & Tutores periodo suo constituebant: Tributa, census, & legata Reipublicæ exigebant: omnium denique, quæ universim ad Rempublicam pertinebant, curam gerebant. *l.* 30. *ff. de neg. gest. l.* 2. *§.* 17. *§.* 7. *l. ult. §.* 2. *ff. ad munic. l.* 1. *§. de extraordinar.* Procuratores, conductores, aut eorum fidejussores, aut mandatores esse non poterant. *l.* 30. *§. de locato.* militia eis erat interdicta. *l.* 55. *J. h. t.* Tot numerosis obnoxii decurriones cum essent, non mirum, quod plerique supplicii quali loco, Decurionatui additorentur, de quo dixi *ad l.* 38. *J. h. t.* Pro his tamen oneribus, magnis vicissim privilegiis honorati, ut neque fustibus, *l.* 3. *§. ex quibus causis infamia.* neque quæstioni subjiciantur. *l.* 16. *§. de quæstionibus.* non in metallum, vel opus metalli damnari: non furcis affigi, ad bestias, aut in opus publice dari, vel vivi exuri potterant: (adeo ut, si pœnæ superiores indictæ essent, a principe liberarentur. *l.* 9. *§.* 11. *l.* 28. *§.* 5. *ff. de poenis. l.* 3. *§. de veteranis. l.* 3. *§. de poenis.*) Denique non cuipiam punitri. *l.* 15. *ff. de poenis.* Sed si quid capitale admittebant, in carcerem tantum conjiciebantur ad vindictamam, interea dum Princeps causa cognita de crimine cognoscebat. *l.* 6. 8. 7. *ff. de iniuriis, iniqt. & irrit. l.* 27. *in fin. ff. de poen. l.* 1. *in fin. ff. quando appellandum.* Idem honos (quod unius est) parentibus & liberis cum decurionum tribuebatur, *ut ex legibus h. t.* Ad ne curiæ inopia civium deereverentur, a Theodosio primum constitutum, deinde ab ejus successoribus confirmatum, ut naturales filii Curiæ obliti legitimi fierent, fuorumque heredum jura manoseerentur. *l.* 3. *l.* 4. *fapr. de naturalib. liberis.* 9. 2. *Inst. de hered. ab intest.* 2 *l.* 50. *ff. tit.* 2. *Novell.* 38. *Eod. lib.* 54. *tit.* 1. *Novell. Leon.* 46. Decurionum fublati, proinde hic titulus in Basilicis deeft. 3 Al. *curiali.* Goth. *Curia* fenatum significat, qui duplex est, Romæ antique fcilicet, & novæ, atque hic dicitur maximus. *l. ult. J. hoc tit.* In aliis autem civitatibus funt *curiæ*, hoc est, fenatus quidem, sed minores: in qualem fenatum, qui conscripti iient conflitui possint, ex illis, de his qui *a principe vocat. h. lib. tit.* 44. 46 Adde *l.* 13. §. 8. *h.* adde *Goth.* Præses provinciæ tribuere munerum vacationem non potest, etiamsi iulla videatur dandæ vacationis causa subesse: veluti paupertas, aut everso bonorum, aut mortis fonticus, fed imperanda eft a principe. *l.* 1. *J. de iis, qui a prince, vac.* Mod.

49 *Cod. Theod. l.* 3. 50 Tabellio esse non potest, qui decurio est, *ut hic.* adde *l.* 21. *§. ad l. Corn. de falsis.* Cur ita jus est? An quod scribæ munus vile? ita poll Accursium, Birtolum & alios notat Tiraquellus *cap.* 30. *de Nobilitate.* Livius 9. *C. Flavius Cn. filius scriba, patre libertino, inventi fortuna ad Fasti, quod scribæ merces pro opera, non pro industria dictur*, licet Alciatus contra sentiat, *in l. mercis appellatio.* 66. *ff. de verb. sign.* Sed fidei servi publicæ appellantur, *l. non adstr.* 18. *ff. de adopt. l.* 2. *ff. rem pupilli salvam fore. Theoph. Inst. de actio.* Quid, quod Cicero 5. *Verrin.* Sopiæ tabellarium præconem & viatorem præferat: quasi dignum majori mercede: Quæ omnia ad minuscæ & minorem judicum scribas referre possis, nec eum matri Senatus, vel Principis scribas, viles poffe Porfenæ scribam, Livius 2. Æschinem Athenienfium, Libanius *in argumenta orationis περὶ παραπρεσβείας*, quales denique scribæ illi, quos munus honorificentissimum fustinuisse apud Græcos, refert Ἐπιδείξεις Prohus. His adde Guidonem Pape *quæst.* 90. Adde Novellam Leonis περὶ τελειωσεως σωματείων διαστάσεων, ubi de creatione Tabellionum.

51 Tabelliones tamen, qui fint publici contractuum fcriptores, ad decurionatum vocari possunt. *l.* 9. *§. quis decurio.* 21. *fapr. ad leg. Corn. de falsis.* Goth. Vide Cujacium hic, Ferrandum *lib.* 2. *explic. cap.* 15. Forcatulum *Nectum. dialog.* 98. Mod.